



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 118. Scholaris Lovaniensis an possit coram conservatore
Privilegiorum suæ Academiæ scholarem aut exemptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

constitutionis verba, qua non solum ligat in Urbe, sed etiam per totum orbem, quia quilibet ordinatio Papæ habet vim legis generalis, ut dicit Geminianus, in cap. fin. in 2. not. per illum textum de haret. in 6. & ideo Paulus de Elzaz, in premisso Clemente dicit sufficere quamlibet constitutionem Papæ publicari Romæ, que est caput omnium Ecclesiastarum & orbis, nec requiritur inquit, quod in singulari locis fiat publicatione & ejusdem sententiae est Comes, in premisso reg. Cancell. & Nav. consl. de consti. Quare ut multa in pauca conferam, redeamque unde diverti, iterum concluso, conlitteratore in prima instantia de causis exemplorum sive active seu passive posse cognoscere, quod præter præcitos respondit Navar. consl. 4. de offic. del. atque id ex iure scriptio & moribus observari in Francia refert Nicolaus Boerius, ad consl. Bavar. 2. §. 3 glo. 4. multo magis vero in conservatoria Abb. S. Laurentii à S. D. N. Papa concessa, hujus verba adeò sunt clara, perspicua & certa, ut nulla interpretatione in ambiguum dubium vel sensum conterqueri possunt. Quibus rationibus moti clarissimi Domini bene prudenterque fecerint, & a quo Jove quod dicitur judicaverint, si jactu desiderium nostrum tot pragmaticorum responsis comprobatum pronouant.

QUÆSTIO CXVIII.

Scholaris Lovaniensis an possit coram conservatore Privilégiorum sue academie evocare & convenire alterius academiæ Scholarum aut exemplum.

Proposita fuit mihi nuper haec quæstio, in qua respondi non posse. Porro quia responsum illud non pauca in jure forensi que uero non infrequentia complectitur, censui ne aeternum agam, illud unicuique librandum proponere, ac alterius cuiuslibet acutius meliusque sentientis judicio subiungere.

CONSILII SUMMARIUM.

1. Conservatores Lovaniensium privilegiorum iurisdictionem non habent in exemplis clerici secundarii dioecesis Loviensis.
2. Scholaris unius Academiae, a Scholaris alterius Academia non potest evocari.
3. Privilégium cleri secundarii est validius privilegio scholarum.
4. Privilégium commune est validius privilegio speciali.
5. Scholares forum rei sequi debent.
6. Scholaris de lucro captando, excepto reo de damno vitando certant.

Eximo.

7. Exempti cleri secundarii non possunt
fratris privilegio evocari.
8. In concursu privilegiorum praevaleat fa-
vorabilis num. 18.
9. Exemptiones concessæ sunt favore S. Se-
dui & Religionis.
10. Religio nisi favor summus.
11. Jurisdiction in exemptiones est Papæ reser-
va.
12. Imp. confirmarunt exemptiones.
13. Privilegia Imp. favorabilia ad exemp-
tions extendantur.
14. Sensus clausula, dummodo Apostolica
Sedis Officiale non sint.
15. Exceptio ampliat regulam in casibus non
excepisis.
16. Privilegia non admittunt ratiocinatio-
nem à majoritate rationis, nec à contra-
rio vel subiuncto sensu.
17. Clausula non obstantiarum quid operen-
tur, § 19.
18. In concursu Privilegiorum preponderas
potentius.
19. Privilegium non censetur priori pacto
derogare.
20. Clausula, seu indulgium sit, quod in-
terdicto suspendi vel excommunicari non
possint.

V illas atque ad juris prudentiæ incudem revocatis processibus inter Reverendum
Dominum Joannem de Soye Präpositum & Canonicum B. Mariæ Cinacen-
sis, Dioecesis Leodiensis nunc appellantem & M. Martinum Veris appella-
tum in secunda instantia coram Reverendo admodum Domino Decano S. Ser-
vati Trajectensis pendentibus, talis proponitur hypothesis.

M. Martinus Veris Scholaris Lovaniensis cessionarius anni reditus 30. florenorum
Braban, vocat in jus coram conservatore privilegiorum universitatis Lovaniensis D.
Joannem de Soye Präpositum & Decanum B. Mariæ Cinacensis Dioecesis Leod.
tandemq; post varie hinc inde forentes velitationes D. Joannes de Soye à conserva-
tore condemnatur. Hinc appellatio ad summum Pontificera est interposita, qui eam
Decano S. Servati commisit, coram quo prima instantia actis prius perlustratis li-
bellum appellatorum formavi duplicitis speciei, exceptiones five gravamina comple-
tentem, nullitatim nimurum juridictionis & sententiae conservatoris ea in causa latæ
deinde iniquitatis etiam atq; in justitia ejusdem sententiae. Nullitatis questio bimem-
bris est. Prior: Num conservator privilegiorum universitatis Lovan. juridictionem
sibi posset vindicare in exemptiones cleri secundarii Leodiensis, qui ab omni jurisdi-
ctione ordinaria & extraordinaria exempti sunt, atque S. Sedis immediate subjecti sunt
ui et appellans.

Posterior. Nun sententia in favorem M. Martinilata, eo etiam ex capite nulla
dicti posse, quod sine actione expertus sit.

Quo ad prioris membris nullitatem, videretur cuiquam prima facie conserva-
torem Lovaniensem juridictionem habere in exemptiones cleri secundarii Dio-
cesis Leodiensis ob clausulas illas prægnantes privilegii Lovaniensium de prima
instantia anni 1469. Nonis Maij insertas, scilicet, dummodo Apostolica Sedis
Officia.

Q q 2.

officiales non sint, præterea non obstantibus quibusvis aliis constitutionibus & ordinacionibus Apostolicis quibuscumque, seu indultum sit, quod intendit, suspendi vel excommunicari non possint. Verum re exactius perspexi, placuit magis jurisdictionem non habere in exemptos hujus Dioecesis, multis eisdem causa.

I Prima, Quia exemptione cleri secundarii Dioecesis Leodiensis amplissima etiam est ab omni iurisdictione ordinaria & extraordinaria, cum energia & pondere quamcumque clausularum contraria privilegia irritantium, uti liquet ex diplomate Nicolai Papæ 1451. 4. idus Octobris & Sixti Papæ anno 1423. Iepitimo Kalendas Novembris. Quo sit, ut scholares Lovanienses, qui privilegiati sunt, privilegio suo contra exemptos Dioecesis Leodiensis qui pariter privilegiati sunt, uti non possumus, sed & multes ff. de excus. inst. l. verum & scientium cum l. seq. ff. de minorib. D.D. privilegia ff. de Privileg. c. ed. late Tiraq. de pie causa privileg. 26. vers. sed quodcumque legge. l. et. cum & plantare num. 10. de privileg. eaqueratione unius academie scholarum ab alio academie scholarum evocari non posse censuit Peccatum de iure sacerdoti. cap. 5. & eam Imbertus inst. foren. lib. 1. cap. 27. quod & ab analogia fori quæ est inter libellares & exemptos uti alias scripsi, lib. 1. de iurisdict. ord. in exempt. quib. 4. s. idem haec hypothesis est respondentium.

II Secunda, privilegium exemptionis cleri secundarii longe validius privilegio scholaritatis, illi debet prevalere. Tum quia exemptiones haec sunt in favorem Sedis & religionis quietem. Rebuff. resp. 142 script. lib. 1. de iurisdict. ord. in exempt. cap. 1. num. fin. Tum quia huic favori accedit privilegium commune, quo actores solum rei lequi debent, cap. cum fr. generale de foro competr. l. ult. C. ubi in rem actionis validius autem est privilegium commune privilegio speciali, D.D. l. centurio ff. de vulg. & pop. Tiraq. de privileg. 26. vers. sed his cap. suge. sum de decimis.

III Tertia, privilegium Lovaniense actionum de evocando Reum ad suum judicium iurisadversatur, quia scholaris forum sui debitoris sequi debet, Bald. ant. habitus col. 5. vers. sed dubitamus. C. ne filius propare. at vero privilegium cleri secundarii ne evocari possint, juri conforme est, d.l. fin. C. ubi in rem actionis. proindeque cum scholaris evocans exemptum, vigore privilegii proprii de suo compendio & lucro caprando certet, exemptus vero cleri secundarii de damno vitando, l. in eo quod ubi D.D. ff. de Reg. iur. l. procul in fin. ff. de dam. infra D.D. l. 1. s. Lucrat. C. de impon. Lmcr. descrips. lib. 10. non potest Lovaniensis suo privilegio uni, evocando Angel. s. rur susinstit. de act. Rer. Anchur. conf. 36. Tiraq. de privileg. 26. vers. sed haec continuo.

IV Quarta, exempti dicti cleri secundarii privilegium habent speciale, ne coram quo-

propriam conveniri possint quam coram summo Pontifice, aut ejus speciali ad hoc delegato, uti multi in locis ostendi in tractatu de jurisdict. ord. in exemptione.

Quo fit, ut scholares privilegium habentes evocandi suos debitores coram judicelcholanum, ejusmodi privilegio uti non possint adversus ejusmodi exemptionem clericorum secundarii Diœcesis Leodiensis, privilegio enim speciali derogatum conatur per generale privilegium, nisi fiat de ejusmodi privilegio mentio specialis, cap. Papalatis §. fin. de rescript. cap. generis Reg. jur. in 6. l. decurionibus ubi annescit. 2. vers. addit. ff. de iudicis. Henricus Ferendar. in addit. ad report. Io. de Matis

etb. privilegia specialia.

Quinta, in concilio plenum privilegiorum illud prævaleret, quod est favorabilius, cap. ex litteris de prebend. Io. Gratifodus seu collect. cap. cum & plantare n. 9
fiscularis C. ne filius pro patre, favorabilis porro est privilegium exemptionis dicti clerici concessum non modis favore S. Sedis cuius interest habere multos subimmediate subditos. Clem. Papalatis de re iud. Rebuff. resp. 142. scripsi lib. 1. de jurisdict. 10
ord. in exemptione quæst. 1. num. 17. Sed & favore religionis, ut exempli sub umbra &
protectione S. Sedis quietiusque religioni videntur, cap. luminoso quam si 18.
quæst. 2. Rebuff. d. resp. 142. Summa autem ratio est quæ pro religione facit. l. sunt per 11
fons in fin. ff. de Relig. & sumpt.

Sexta, Jurisdicçio in exemptionis clericorum secundarii est Papæ reservata, quæ reservatio æquipoller appositioni & approbationi manuum Pontificis alicui causa cum clauilula irritante jurisdictionis aliorum quorūcumq; judicium tam ordinariorum quam extraordinariorum, scripsi lib. 2. quæst. 5. num. 12. & seqq. de jurisdict. ord. 12
in exemptione.

Septima, Maximilianus Imperator anno 1518. Junii 24. privilegia, libertates, exemptiones Ecclesie patriæque Leodien, approbavit, eamque in suam protectionem recipit, postmodumque Carolus V. Imperator privilegium illud Maximiliani 13
fai avia etiam de non evocando subditos in prima instantia extra partiam confirmavit, atque innovavit anno 1521. Julii die 27.

Quin autem exempti divorum horum Imperatorum constitutione & privilegio comprehendantur, dubium non est. In favorabilibus enim privilegia & constitutions Caæarea ad clericos & exemptiones extenduntur, cap. Ecclesia S. Mariae ubi Ab. num. 5. de confit. Bald. auth. habita col. 1. vers. sed pœna & vers. nem cum aliquid concedunt C. ne filius pro patre. Porro non obstante prægnantes illæ clausulae, quas suæ ex privilegiis Lovaniensium adduxi.

Q. q. 3

Etenim

Etenim quo ad illam, Dummodo Apostolice Sedis officiales non sint. Lice ampliare videatur Privilgium Lovaniense, ut comprehendat omnes alios exceptos præter officiales S. Sedis, qui excepti sunt, scripti lib. 1. de jurisdictione ord. in exceptis quæst. 32. quia exceptio ampliare & firmare soler regulam in casibus non exceptis, l. nam quod liquide § fin. ff. de penit. leg. 1. quæstum §. deinde in fine ff. de fundo inßt. leg. haec tamen in hypotheti talis interpretatio sumi non potest. Ratio est, quia cum excepti cleri secundarii specialiter sunt excepti, exceptio officialium S. Sedis a regula seu privilegiorum disputatione concessa Lovaniensibus, non potest ita ampliari regulam illam, ut comprehendat exceptos dicti cleri secundarii specialiter reservati, ne exceptos seu exceptos, Clem. exim. de Paradyso §. deinde ubi Card. de verb. fig. l. serm nomine ubi gloss. ff. de usucap. l. i. § servum ff. de acq. poss. l. ob. es ubi glo. C. de predia minor. preses Mechliniensis in locis legalib. loco ab exceptione ad regulam Limit. 2. Nam & in privilegiis arguere non licet a majoritate rationis. Card. Clem. ne Rom. in oppos. de elect. Dyn. cap. plus semper de Reg. iur. in 6. preses Everhards in locis legalib. loco a minori vers. non procedit. ut nec sub auditio seu contrario sensu eadem in more ratiocinari permisum est, cap. licet ubi glo. & DD. de privileg. in 6. preses idem in contrario sensu vers. quaro.

¹⁷ Similiter non obstant clausulæ quas DD. vocant non obstantiarum, inservia privilegiis Lovaniensem. Quia eadem clausulæ insertæ sunt privilegiis exceptorum cleri secundarii Diœcesis Leodien. ideoque succedit theoria, privilegium contra privilegium non uti privilegio, signanter considerato majori favore exemptionum cleri secundarii, de quo hæc tenus dictum est. Gem. cap. 1. §. id ipsum num. 3. de privileg. in 6. ubi etiam Franc. Ioan. Andr. & ali Bal. antb. habitacol. 6. vers. & quaro si scholaris C. ne filius pro patre. in concursu enim privilegiorum illud quod potentius est atque favorabilius, præponderat, doc. l. si Rufinus num 13. C. de teß. milit.

Quo etiam in articulo in considerationem venire non potest, an alterum altero privilegio sit prius aut posterius, quemadmodum enim privilegium antecedenti pacto præjudicare non censetur, cap. 1. de pactis in 6. ubi Gemina. num. 8. ita nec privilegium privilegio, nisi de enixa eaque certissima privilegiantis voluntate competitum sit. Chaldanus conf. 1. de privileg. Gem. d. cap. 1. n. 8.

¹⁸ Rursus non obstat alia clausula, seu si indulximus sit, quod interdicti, suspensi vel excommunicati non possunt. Tum quia eadem clausula inserta etiam est privilegio cleri secundarii, quod ut ante dixi, magis favorable præponderat privilegio scholaritatis. Barb. d. auth. habitacol. 5. & quaro si scholares. Tum quod ab hac clausula ad jurisdictionem fori contentiosi argumentari non possit, scripti lib. 2. quæst. 49.

Unde consecutum est, sententiam conservatoris Privilegiorum Lovaniensium

homlatam in D. Joannem de Soye ab omni iurisdictione ordinaria & extraordina-
ria exemptum, sicut &que Sedi reservatum immediateque subjectum, script lib. 2.
q. n. 10. ques. 16. de iurisdict. ord. in ex. non obstante judicij istius prorogatione,
nullitat subiacere, uti ego permultis rationibus atque autoritatibus diversis in locis
comprobavi, de iurisdict. ord. in ex. script lib. 2. ques. 7. 10. 40. quas nesum fusior, hic
equapremium dux non repetere.

Quae nullitas in causa appellationis quae reponere solet causam ad terminos li-
tiis contestata, per hanc C. de temporibus appell. recte coram V. R. nunc reficitur, quip-
pe quod de ejusmodi nullitate ex defectu jurisdictionis in ex. semper dici pos-
lit. Guido ques. 275. nn. 4. & ego d. ques. 7. 10. 40.

Succedit secunda ejusmodi sententia à qua nullitas, quæ ex ipsis Lovanien-
sium privilegiorum indulitis hauritur, in quibus & signanter privilegio anni 1500. De-
cembis die 17. hac adscribitur clausula. Item non permititur agi super transportu
coiuscumque debiti, quod neglectum fuerit sedecim annis.

Nullitas inquam aperta est hujus sententia, quia apud acta comperitur M.
Martinum Veris actionem instituisse coram conservatore anno 1616. in Martio ad-
versum Dominum appellantem pro consequenda solutione assenti redditus quena
prætendit fuisse constitutum anno 1587. Februario 19. Qui quidem redditus cum ob
nullam illius unquam solutionem cursu annorum vigineti septem sit exoletus, præ-
scriptioneque excinetus, uti etiam apposite docet Arrestographus Papon. lib. 12. tit.
3. des prescriptions arrefo 9. in hac verbal' achapeur d' unerent à priz d' argent, de-
mier dix ans, & ant present, & demeurant en mesme Province sans la lever demander en
faire innover par obligation à part: ou vingt ans, si lez absent: la dite rente luy est perdue.
Dicendum est, dictum Martinum Veris coram conservatore sine actione egisse, &
consequenter sententiam conservatoris nullitat subiacere, l. Biblio in fine ff. de pa-
clis dotal. Mantua sing. 321. Rom. cons. 22. 4. si Pupilli §. videamus ff. de neg. gesl. l. quoties
§. item ff. de adm. in. l. 1 ff. de offic. affff. deberque judexita nulliter sine actione agen-
tem ex officio à judicii limine atque progressu repellere, Rom. d. cons. 22. 4.

De viribus porrò statuti istius Lovaniensis ambigendum non est, uti ex facto
consultus respondit Alex. cons. 170. lib. 7. sed est uti æquum arque rationi consonum
in utroque foro tam civili quam Ecclesiast. observandum. Aug. cons. 136. Alex. d.
cons. 170. n. 3. Cum itaque dictum statutum si prohibitum actionis, dicendum est
Martinum sine actione egisse, & consequenter judicium sententiamque subsequen-
tem esse nullam, Bal. l. imbemus §. Jane col. 3. vers. quedam est jurisdictionis prohibitiva
C. de sacra Eccl. 6. Tiraq. ad l. stung quam verb. revertatur nn. 173. 175. & vers. 79. 176.
in verbo fallit non andatur, Mantica d. sing. 321.

Et quidem hisce rationibus decreta istius sententia nullitate descendit nunc
ad il-

ad illus iniuriam, quam etiam brevius tamen detego rationibus authorisatis
busque sequentibus. In primis quidem, licet ex adverso producatur transponit
 anni 1587. Febr. 19. pro quo videtur inducenda probatio, quamdiu de extincione
 seu resolutione illius causa non docetur, *Lcum de indebeto ff. de probat. Tria-*
quel. de prescriptionib. §. 1. & glo. 4. vers 14. in verb. suntamen, attamen subsistente
 statuto non modo Namurensi, unde hypotheca redditus controversa moveri
 prætenduntur, sed & Lovaniensi, extingueente redditus & actiones que circum-
 scriptio in eo statuto tempore non exiguntur, aut in judicium deducuntur, nullus in
 hoc in articulo cuiquam superesse poterit scrupulus, nisi quis ut ajunt, nodum in
 scirpo querere voluerit, signanter porrâ considerata temporis intercedente non
 sexdecim annorum, quæ præscribunt privilegia Lovaniensium, sed virginis septem
 ante ostendimus, ex quibus extinctio seu obliteratio dicti trasportus piz-
 sumptio quadam juris vehementissima à statuto formata inducitur, cum non
 sit non verisimile, creditorem tamdu ab exactione sui crediti cessavisse, si illico suum
 à creditore extinxerit obliteratusque non fuisset, *Menoch. de praf. lib. 3. praf. 11.*
num. 3. & 19. Caspr. conf. §. 8. num. 4. lib. 2. Dec. conf. §. 96. num. 9. in fin. Paris. conf. 137. lib.
4. late Simon. de Pretis. conf. 68.

In idque collineavit suprema Parisiensium curia, dum decennii tempus, pothecariis creditoribus inter praesentes, inter absentes vero vicenam prescripti, censens nunquam tamdiu creditorem tacitum, nisi ei manu quod ajunt brevi, aut alter solutione aliqua clancularia fuisse satisfactum, idque merito optimo, ne quod teip. intercess. actiones ut & dominium maneant semper in incerto. Iesu. S. 1. de usucap. §. 1. §. 2. seqq. eod. Itaque ut paucis multa complectar, obstat appellatio temporis exceptio prescripta statuto Namurensi, imo & Lovaniensi, quæ est peremptoria & litis finita, transfacta t. u. summa ff. de verb. sg.

Succedit & alia exceptio peremptoria intentionis adversarii quæ elicetur ex ventre eorundem privilegiorum Lovaniensem. Nimirum cessionem ex qua praefens actio est, coram conservatore instituta, non esse ex linea directa sed indirecta, & proinde juxta constitutionem Maximiliani Imperatoris editam Bruxellis Anno 1495. Aug. 16. efficacem scholari ex ejusmodi cessione indirecta non dari actionem.

Sed obiectetur forsitan ad ea se. Non enim

Succedit & alia exceptio peremptoria intentionis adversarii quæ elicuit ex ventre eotundens privilegiorum Lovaniensium. Nimirum cessionem ex qua praefens actio est, coram conservatore instituta, non esse ex linea directa sed indirecta, & proinde juxta constitutionem Maximiliani Imperatoris editam Bruxellis anno 1495. Aug. 16. efficacem scholari ex ejusmodi cessione indirecta non dari actionem.

Sed obiectetur forsan ex adverso, cessionem controversam non esse omnino indirectam, sed partim directam, partim indirectam à matre felicet & avunculo respective in filium & nepotem factam. Verum eo non obstante respondeo, cessionem hanc partim directam, partim indirectam censerit debere simpliciter esse indirectam, & proinde sub constitutione Imperatoris Maximiliani aliorumque privilegiorum seu statutorum Lovaniensium prohibentium cessiones indirectas comprehendendi.

Ratio est, quia quando concurrunt duæ causæ dispositiones aut cessiones, quarum una permissa est, altera vero prohibita, illa quæ prohibita est, prævalere debet, effigie circue

cirque alteram, quæ alioquin prohibita non est, esse prohibitam, l. i. §. suspelli ff. de
suspecto. Ia. in l. si Ruffin. num. 4. ubi Dec. num. 7. C. de testam. milit. Menoch. de præ-
sumpt. lib. 3. pref. 2. 9. num. 62.

Ponò uti jam dixi, concurret hic cesso directa matris in filium non prohibita, cum cessione avunculi indirecta in nepotem prohibita, quæ proinde totam
hanc cessionis dispositionem reddit prohibitam, ad instar privilegii prohibiti cum
parvillo privilegio concurrentis, quo in concurso prevalere solet prohibitum.
Dec. d. si Ruffin. num. 5. C. de testam. milit. Vix que est ut refriceretur id cessare, cum
dispositio permisiva potentior est dispositione prohibitiva, Dec. d. l. si Ruffin. Menoch.
dpa. 1. 9. num. 64.

Relpondetur enim, cessiones jure, signanter Canonico, suspectas esse fraudis
negare simulationis, cap. ex parte de alienat. mutandi judicii causa facta ubi glo. Baptista
de Blasius in contradictionibus juris Canonici & civilis arii. 96. vni. Oce. x. fol. 157. signan-
ter porro ex omnes, que judicii mutandi causa sunt, eas enim sive à linea dire-
cta procedant sive indirecta, quia debitori supponunt creditorem cuius privilegio
debitor forum suum mutare compellitur, jura eas velut dispositiones odiosas im-
probant sive detestantur, cap. i. § 2. nbi Abb. & DD. de alienat. judic. met. causa
facta. l. § 2. ff. cod. iur. permittuntque debitori facultatem exceptionis ope, cessionis
talem repellendi, vel certe pro ejus arbitrio, pro eo quod ejus interest
conditionem ejus ob fori mutationem deteriorem esse redditam, judicio adversus
cedentem experiendi, Abb. d. cap. i. n. 6. in fin.

Non potest utique sustineri indirecta hæc cesso cum directa concurrens.
Tum quod utraque careat iuris scripti lamento, Abb. d. cap. i. num. 6. in fin. Tum
quod concurrente causâ quæ prodest, & causâ quæ non nocet, præponderare solet
ea, quæ nocet, l. i. §. fin. ubi glo. & DD. ff. de Sal. Petr. Gerardi sing. 42. concurrente
que eadem indispositione odio & favore, ea simpliciter censeri debet odiosa, DD.
c. ult. de verb. fig. Bald. l. i. Col. 1. ff. de const. Prin. Et quidem signanter facultas hæc ex-
candi reos ad eos judices velut iuri contraria, Bald. d. auth. habita col. 5. omnis enim
constitutio iuri pugnans, iuris est odiosi, scripti late lib. 1. quaff. 4. de juris dict. ord. in
exempt. Nec etiam ita scholaribus savendum est, ut aliis iniqua conditio inferatur,
cap. ex tenore de foro compet. alioquin certe cum aliena iactura arque incommode lo-
cuperarentur, quod iuris ratio non admittit, cap. locupletari de Reg. iur. in 6. conse-
quenterque in concurso cessionis directe atque indirecte ea simpliciter censeri debet
odiosa atque prohibita, Menoch. & DD. supra allegati.

Multis proinde aliis rationibus de industria, ne tantogæ reprehendar, omis-
sis, concludo, sententiam conservatoris judicis à quo decernendam esse nullam &
iniquam, Dominumque appellantem ea reformata ab impetitione Martini Veris ap-
pellatis absolvendum cum auctario victoria omnium expeniarum.

Rr

QVÆ.